



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicorvm Per Germaniam, Belgivm,  
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani  
Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt XXX. S. Adelberti Collegivm Aquisgranense, in d. Leodiensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

ius antea illic inerat numerus Clericorum, tantum  
dem adauxit ibidem Deo seruientium, sibiq; suaque  
tredens sufficere Ecclesie, si fideles Ecclesie tantum  
liberos esse liceret a molestissima improborum homi-  
num, qua eatenus vexabantur, oppressione, cuius to-  
ta erat causa eiusdem opidi refugium.

## CAPUT XXX.

S. ADELBERTI COLLEGIVM  
Aquisgranense, in d. Leodienſi.

**S** Henricus II. Imperator, fundauit ex-  
tra muros Aquisgranenses collegium  
Canonorum S. Adelberti Episcopi & Mar-  
tyris, quod nunc muris intra urbem adiacet.  
Spe, ait, Diuinæ remunerationis, pro remedio animæ  
nostræ, coniugisq; nostræ dilectæ Cunigundæ, Impe-  
ratricis Augustæ, nec non parentum nostrorum, tum  
etiam pro confirmando sub diuina protectione regni  
nostris statu, Ecclesiam in honore S. Adelberti Episco-  
pi & Martyris in monte contermino sedi nostræ A-  
quensi a nobis fundatam, omni libertate donamus  
&c. Huius fundationis nulla fit mentio in officio S.  
Henrici excuso; sed tantum dicitur: Iter faciens per  
Leodium & Treuerim, congregaciones inibi  
Deo famulantes plurimis largitionis-  
bus & prædijs ditauit.